

ne patris & filii & sp̄s sc̄i. Numquid hic patrem
 uel filium uel sp̄m sc̄m. aut uerbum mutauit. aut
 syllabam. Non utiq; sed in nomine inquit patris
 & filii & sp̄s sc̄i. Idem de sp̄u. quod de patre. & de
 se sonat. Unde nullum sc̄i sp̄s ministerium. sed
 consortium magis honoris aut operis. cum in
 sp̄u dicitur. aestimatur. Considera & hic.
 quia ad patrem & filium hoc opinionis ur̄ae
 praeiudicium deriuatur. quia hic non dixit. cū
 patris & filii & sp̄s sc̄i nomine. sed in nomine. Et
 tamen nō ministerium aliquod trinitatis hac
 syllaba exprimitur. sed potestas. Denique ut
 scias quia fidei non praeiudicat syllaba. sed cō
 mendat fides syllabam. Et paulus loquitur in
 xp̄o. nec ideo minor xp̄s ē. quia paulus in xp̄o
 locutus ē. Sicut habes. coram dō in xp̄o loqui
 mur. Quem admodum igitur ap̄ls dicit. quia
 in xp̄o loquimur. ita illud est quia loquimur
 in sp̄u. sicut ipse ap̄ls dixit. Quia nemo dicit
 dñm ihm̄. nisi in sp̄u sc̄o. Non subiectio itaq;
 hoc loco sp̄s sc̄i. sed gratiae copula designat.